UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Therothermae, siue Aqvae Ferinae

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1499

Ioannes Pistorius Niddanus, Nicolao Reusnero, V. Cl.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12416

Visual Library

Ioannes Piſtorius Niddanus, Nicolao Reuſnero, V. CL.

REVSNERE, inter amabiles Poëtas
Vates maxime: duplicisque Iuris
Ingens Teutonicas decus per oras.
Me triſtis cruciat dolore moribus:
Affixumque pigro tenet cubili:
Morbus peſsimus, inuiduſque morbus:
Nec frui ſinit inter & Lyæum,
Atque inter ſimul optimos ſodales
Tuis delitijsque, gaudijsque:
Nec noſtros quoque mutuis tenellos
Sinit jungere vinculis amores.
Ignoſce, & veniam imputa roganti,
O illuſtre nouem decus ſororum.
Sed cras auricomus polo renaſcens,
Quum Titan veteres equos reducet:
Et te delicias meas, meumque
REVSNERVM celeberrimum Poëtam
Alloquar ſimul: & ſimul libenter
Aeternos ſociabo tecum amores.
Iam vale Pylij ſenis per annos
REVSNERE, inter amabiles Poëtas
Vates maxime: duplicisque Iuris
Ingens Teutonicas decus per oras.

Ex lecto ad lucernam in morbo ſcr. In aquis Ferinis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN